



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 103. Imperatoris Legati Basileam, Moguntiam &c. missi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

## §. CIII.

Sæcul. XV.  
A. C. 1418.*Imperatoris Legati Basileam, Moguntiam &c. missi.*

**M**issus est cum aliis Bohemiæ nobilibus Comes Schwartzenburgicus Basileam, hujus urbis cives inducturus, ut Cæsari loca Basileam inter & Tigurum sita, necnon Duci Austriæ erepta redderent. Hi quidem restitutionem recusantes, oblata tamen ingenti pecuniarum vi, satisfecerunt Imperatori, qui & cum reliquis Helvetiorum urbibus pari pacto transegit. Præterea Moguntiam, Wormatiam, & Spiram suos ablegavit oratores, Palatinatus, & circumvicinas ad Imperium spectantes repetiturus urbes. Ast hæc Constantiam miserunt Legatos, qui cum Imperatore desuper convenirent, sed re infecta ad suos redire coacti sunt, Moguntinos, si exceperis, quibus quædam tributa condonavit.

## §. CIV.

*Solemnis ad Benedictum Legatio.*

**Q**uamdiu Benedictus prætenso Legitimi sui Pontificatus juri obfirmatus adhucdum insistebat, schismatis flammam necdum extinctas, sed sub cineribus latere, probe noverant Patres, quocirca Martinum Papam adeunt, hortantes, ut